



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opusculvm, De Vitis
Romanorvm Pontificvm**

Liutprandus <Cremonensis>

Mogvntiae, 1602

Cap. XVII. S. Calixtvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11115

PONTIFICVM ROMANORVM.

17

ius Episcopi causam definiri liceat Romano Pontifice inconsul-
to. Hic ordinavit Episcopos 12. presbyteros 3. diaconos 7.

CAP. XVI.

S. ZEPHERINVS.

A. CCIII.

ZEPHERINVS, natione Romanus, ex patre Habundio, sedit annos 18. menses 7. dies 10. Fuit autem temporibus Antonini & Seueri à Consulatu Saturnini & Gallicani usque ad Præsentem & Strigatum Consules. Qui obiit 6. Kalend. Septemb. ^{a epist. 1. ad Episc. Sicilia.} Hic etiam constituit, ut Episcoporum causa non terminetur absque præcepto Romani Pontificis, nec ullatenus Episcopus iudicetur, nisi aut ipse se reum esse confiteatur, aut idoneis testibus, qui non sint minores, quam 72. conuincatur. Constituit etiam, ut quispiam sum-^{3. q. 4. c. de-} morum, minorum accusationibus non impetratur, nec in re dubia ^{tractores.} certa iudicetur sententia, nec ullum iudicium nisi ordinabiliter factum teneatur, nec absens iudicetur, nec aliquem sententia nisi à suo iudice dicta confringat, & Episcopus accusatus 12. si necesse fuerit, Episcopos iudices eligat: nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur, quam ipsi per se elegantur, & regulariter vocatus ad suorum primo conuentum Episcoporum per eos eius causa iterum audiatur, & rationabiliter discutiatur, cum de occultis alieni cordis non temere sit iudicandum, & iniusta iudicia ab omnibus sint cauenda, & Episcopi à plebibus & clero sint ferendi. ^{b epist. 2. ad Episc. Egypt.} Cōstituit etiam, ut ordinationes presbyterorum & Leuitarum congruo tempore, & multis fidelibus coram astantibus fierent. Hic ^{dīst. 83. c. ordi-} ordinavit Episcopos 13. presbyteros 14. diaconos 7. ^{nationes.}

CAP. XVII.

S. CALIXTVS.

CALIXTVS, natione Romanus, ex patre Domitio, de regione Viberauennarum, sedit annos 5. menses 2. dies 10. Fuit autem temporibus Macrini & Heliogabali, à Consulatu Antonini & Alexandri. Hic ab Alexandro Imperatore martyrio consummatur pridie idus Octobris. ^a Hic constituit ut ieunia 4. temporum ab omnibus Christianis celebrarentur. Hic decretis suis firmauit, ut Bened. Episc. nullum iniustum iudicium & diffinitio iniusta regis metu, aut iussu, aut cuiuscunque potentis à iudicibus ordinata vel acta firmitudinem.

C

nem

nem habeant: quia nulli Imperatori, aut cuiquam pietatem custodi.
^{b. in eadē epi.} dienti licet aliquid contra diuina mandata præsumere.^b Hic con-
^{c ep. 2. ad E-} stituit, vt accusationem aduersus Doctorem nemo suscipiat, ^{c nec}
^{pisc. Gallie.} accusatio facta per scriptum recipiatur, nec absente accusato testi-
^{2. q. 8. c. accusa} monium de eo dicatur. nec de aliis causis, vel negotiis testimoniū
^{torum.} dicant. nisi de his, quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur.
^{11. q. 2. c. ex-} Nec accusatores vel testes suspecti, vel infamiae nota aspersi reci-
^{cōmunicantur.} piantur, nec excommunicatos à sacerdotibus ante vtriusq; partis
^{9. q. 2. c. nul-} iustum examinationem ullus recipiat, nec modo aliquo eis com-
^{lus alterius.} municet, & vt nemo alterius terminos usurpet, nec alterius Parro-
chianum iudicare aut excommunicare præsumat, quia præsum-
^{9. q. 3. c. nullus} ptum irritum erit. Nec etiam Metropolitanus dicēsanī Eccle-
^{primas.} siam, vel Parochianum, aut aliquid ex eius parochia excommuni-
care, vel iudicare, aliquid agere præsumat, absque eius consilio
& iudicio: quia & quod fecerit, irritum erit, & ipse gradus sui peri-
culo subiacebit. Constituit etiam vt Episcopus quilibet ambitus
causa ad aliam ciuitatem non transmutetur, sed si fieri debet, fiat
cæteris fratribus inuitantibus, & Romanæ Ecclesiæ auctoritate, &
^{3. q. 4. c. eon-} illius Ecclesiæ, ad quā transmutandus est, vtilitate. Præcepit etiam.
^{sanguineorū.} vt consanguineorum coniunctiones fieri omnino prohibeantur.
^{d. in fine 2. epi.} quia tales nullum habent pondus testimonii. ^d Confirmauit etiam,
& saluberrimis exemplis diuinę scripturę ostendit tam sacerdotes
Domini, quam reliquos fideles post dignam satisfactionem posse
reuocari ad pristinos honores. Hic ordinauit Episcopos 8. presby-
teros 15. diaconos 4.

XVII.

A. coxxvi.

S. V R B A N V S.

V R B A N V S, natione Romanus, ex patre Pontiano, sedit annos
9. menses 10. dies 12. Fuit autem temporibus consulatus An-
t̄ ninii & Alexandri. Obiit vero confessor temporibus Diocletia-
^{a epist. 1. ad o-} ni 8. Kal. Iunii. Hic in suis decretis confirmat, ^a vt prædia & quæ-
^{m̄. es fid. l. s.} cunq; res à fidelibus Ecclesiæ Dei traditæ sunt, semper esse debeant
in potestate & dispositione Episcoporum, in quorum patrochia i-
p̄sæ Ecclesiæ sunt sitæ, & ipsi Episcopi ex ipsis rebus omnibus com-
munem vitam degere volentibus cuncta necessaria ministrare; nec
quicquam eorum in alios usus, quam Ecclesiasticos conuertere de-
beant, quia vota sunt fidelium, & pretia peccatorū, ac patrimonia pauperū,
Et quæcunq; in alios usus, quam in prædictos conuerterint, necessa-
riæ sacrilegii rei existunt, & si non corpore, anima tamen mortui
cadunt